

27  
SCHULNBURGIDOS  
PER GENERALEM ALBÆ PRO-  
*sapie lineam, quæ BUSSONIA dici-*  
*tur, primam*

PERDUCTIO,  
Ex Archivis diplomatum, Ex  
genealogia Dn. Christophori à Schulen-  
burg studio collecta, & ex constante viven-  
tium relatione sumta, & com-  
prehensa.

TOMO TERTIO

*Opera & sumtu*

TOBIÆ JERASI Crosnâ Silesi  
P.C. Pastoris Bezendorfiani.



MAGDEBURGI,

TYPIS ANDRÆ BEZELII,  
*Anno FIDES sit MIHI VICTORIA.*


REVERENDOS, MAGNIFICOS,  
 Strenuos, Nobilissimos omnes Schulnburgicâ  
 Candidioris, siue senioris partis prosapia  
 oriundos, Dnn. Mecœnates ho-  
 norandos.

Appellat humiliter & reve-  
 renter A U T O R,



Uæ cura semper Castalij chori  
 Plenis Honorum muneribus decus  
 Schulnburgicæ gentis laborat  
 Carmine, perpetuisq; fastis,  
 Et siquid ultra Pieria queunt  
 Oras per omnes, Sol habitabiles  
 Quas lustrat, eternare: certè  
 Nostræ etiam sat agit Camenæ,  
 Et qua sit in certamine Martio  
 Spectandus Heros plus vice simplici,  
 Dum pectus objectans minorem,  
 Ducit honoribus hisce vitam:  
 Et qua videndus claudere Principum,  
 Latus togatis consilijs bonus,  
 Aquis laborem, Schuleburgâ  
 Gente sati, studijs probate.

HEN-



HENRICUS MEIBOMIUS

Poeta & Historicus inclutæ

Julia.



AGnus Alexander Sigeo in litore cer-  
nens

Æmonij bustum Pelida, & marmora  
vatum.

Haud una cantata tubâ, sic ora resolvit:  
O te felicem nimium Chironis Alumne!  
Virtutum fortisq; animi cui Præco disertus  
Meonides. Eadem fas est mihi dicere vobis  
Schulenburgiada, genus arte & Marte superbū:  
Vos olim cecinit lauru redimitus honorâ  
Fraxineus: majore tuba nunc personat acris  
Ingenij Elysijs natus Jerasius oris.  
Felix quisquis agit sero memoranda Nepoti:  
At cui Præco datur laudum, felicior ille.



A 2

Tabel-



# SCHULNBURGIDOS.

## liber Quintus.



*Sed* Emideos cantare viros, & dicere  
Gryphas

*Pergimus: at dubijs ne nos anfra-*  
*tibus error*

*Implicet, aut varium confundat ger-*  
*minis augmen.,*

*Incipimus bifido procedere limite, quose,*

*Albe hodie partis triplex profeminat ordo,*

*BUSSONIS, BERNHARDI, MATTHIÆq; nepotum*

*Scilicet, in morem Rami, cui robore sumto,*

*Accrescit tenuis tacitor amusculus ævo,*

*Qui sua paulatim quoq; tendit brachia factus*

*Latior & folijs productis porrigit umbras.*

*1. Ponimus HENRICUM 1. (a) verò pro stirpitis hujus*

*Communi (firmis testantibus argumentis,*

*Exhibet & clarus tibi margo) Satore prioris*

*Scilicet Henrici Sobolem, cui, conjugæ stirpis*

*Quizovia, felice dati sunt quatuor ortu,*

*Egregij Juvenes: quorum primus 2. THEODORUS,*

*Alter at 6. HENNINGUS: 3. BERNHARDUS tertius he-*

*Ultimus 4 HENRICUS baptismi in flumine dicti. (res*

*Quos omnes certè summo maclarvit honore,*

*Gloria, quam angusto deducere calle papyri*

(a) Constat ex memorijs  
lib. 4. Sub V Venero 1.  
ciratis Item auß dem  
Lehnbriefe vber Hessstä-  
den Hartwigen zu Salg-  
wedel gegeben von Dier-  
chē vnd Bernt Gebrüd von  
d Schuleburg dat. 1321. am  
S. Mertens Abent: For-  
malia sunt: Züge sind H.  
Werner Ridder / vnd  
Werner / Hinrich / vnd  
Henning myn Sone etc

Isto Musa nequit, numeri potioris Alumno  
 MEIBOMIO, equanti venâ felice Maroni,  
 Committens, alijsq; pari. Via sicubi currui  
 Aptaminus, qualis pediti tantum aptus habetur  
 Ponticulus noster, sacram qui ducit ad edem,  
 Schulnburgos hodie; fas est regione viarum,  
 Duci aliâ currum, creperis quâ fervida saxis  
 Auditur mola, quæ nullo metuenda periclo est.

(b) Constat ex annal.  
 March. Angeli p. Quod  
 fratres tuerint constat  
 ex oblig. Ottonis Elect.  
 Brand. Super 450. marc.  
 argent. dat. 10. hntn An-  
 no 1371. die Nativ. Ma-  
 rix.

2. Enarrabo tamen brevibus: 2. THEODORUS (b) in  
 Brennois vir erat seculo celeberrimus illo, (ede  
 Sacrorum Presul, Curator Marchidos, acer  
 Consilijs, & eo quoq; gratus nomine multis  
 Casarie, Regumq; alijsq; illustribus aulis  
 Insuper & sacris metuendus, ut illa ferebant  
 Secula, fulminibus. Cujus clarantur honores  
 Prolixè passim memoris custodibus ævi  
 Pieris. Quanquam sacrâ debebat in æde  
 Munus obire pedo, commissaq; pascere verbis  
 Agmina, nec rebus sese immiscere profanis;  
 Non in castra ruat, qui curet rostra salutis.  
 Ast ita conditio tunc ævi credita sacri est  
 Ordinis ut jugulum prosterneret ipse terendum,  
 Cesar bumi pedibus Papa. (nimis ausa superba!)  
 Scilicet ingentes Procerum gens lecta LUTHERO  
 Debebas grates, divo quod propria verbo  
 Septa & pensa status cujus vis eruta scitè

Distinxit,

Distinxit, curare jubens sua munia quemvis:

Quodq; Papa faenum primus detraxit in ipso  
Flore, manuq; bono successu, fulmina bruta

Excussit, Christo certè Rectore laborum.

(c) 3. Bernhardus geminae fuit edis nobile mem-  
brum,

Et quae se magno fundatam jaecat Othone  
Caesare, quà rapidus ruit Albis mania propter  
Parthenopes: Et quà riguis Holtbema fluentis  
Alboræ-Stadium feliciter alluit urbem.

Hic bene si quicquam fecit, benè fecit Et illud,  
Quod patruos inter discordes sopijt ignes.

Et benè! Non odium certè crudelius ullum est,

Quam quod sanguineos inter, veteres Et amicos

Seminat Alecto. Maturius ergo furori

Prevenias primo, nequa indurescat in iris.

Indurata odium parit ira, armatq; Latronem

Tartareum in fratres, in nostra heu viscera telis „!

4. Henricus 4 (d) celebris virtute vicarius urbis  
Cellensis, charus Guelfis Heroibus Atlas,  
Consiliis divesq; fuit: Sed luce potiri  
Haud nostrâ illius seri potuere Nepotes.

5. Gnatus enim Bernhardus (e) qui consorte potitus

Sanguinis illustri Rorez I stemmate cretâ,

Feminei tantum est sexus heredibus auctus.

Nominis unde brevem transmisit linea famam.

Qualis

(c) Vide supra lib. 4. Sub  
litera i. Constat item ex  
lit. Caroli. 4. Imper. U-  
ber die hebungen zu Ne-  
lingen und Schernfow  
datum Tangermünde an-  
no 1377. die Joh. Bapt.  
Item uber dieselbe He-  
bung confirm. Sigism.  
Cæs. dattiert Wien An-  
no 1387. die Martini. Itē  
ex invest. Ott. Elect. uber  
d; Burglehen zu Salz-  
wedel ut supra sub lit: b

(d) Privileg. Sigism. E-  
lect. vnsern lieben getre-  
wen Wernern/Hinrichen  
Stadthalter zu Zella/  
Henningen etc. datum  
Arenburg Ann. 1370  
Dom. Advent.

(e) Constat ex quodam  
veteri documento.

*Qualis tibi fluvius concurrat plurimus ALBI,  
ALBIS amat nomen deinceps: ita femina nomen  
Conjugis inducit soboli, longo ordine demum  
Vix obiter, materna satum quo linea avorum  
Ducta sit, attingens patrios in stirpe penates.*

6. Henningus (f) vero post se, felice Trigono,  
Transmisit seros, ceu felix herba, nepotes.

*Ipsae soli nostri spectatus parte Toparches  
Insignis fuit, & varia virtute celebris.*

*Quattuor in thalamo Costae consorte fuerunt,  
Prima Bodendica, Cnesebeca forte secunda,*

*Tertia Cramma, Bismarcae quarta propagis,  
Quas inter felix saltem Cnesebeca Costae*

*Conjugii fructu constanti prole potita est.*

7. Hinc 7. Bernhartus (g) enim palmari flore deco-

8. Johannesq; 8. sati sunt hujus lucis in auras. (rus,

9. Iste quidem 9. Henricum (h) post busta reliquit

*Heredem, verum sterilem. Sic patrius heres*

*Solus, productor Solus quoq; stemmatis ille*

*Bernhardus superabat adhuc. Quis non videt inde*

*Quod certe infirmo steterit pede nobile quondam*

*Stemma diu lapsum minitans, justum ante vigorem*

*Quam sumsit? Qualis multum victura per aevum*

*Quercus, lenta quidem, sed ducit robora firma,*

*Et lato tendit porrectos limite ramos*

*Anna (i) maritales Bernhardi ingressa penates.*

*Conjux (Zanensi sata stemmate, patre Barone*

Henri-

(f) Constat ex supra ci-  
tatis sub a. & d. Quod  
hic Henningus, & alter  
Henningus, cujus facta  
mentio lib. 4. n. 25. eo-  
dem tempore vixerunt  
constat ex invest. super bo-  
in Rochow Dat. Langer-  
munde An. 1373. Din-  
stag in Ostern.

(g) Constat in der Ge-  
dechnuß der Seelmessen  
zu Dampfe gestiftet  
Anno 1388. am 5. Christ  
Abend. Formalia vide  
in germanico scripto  
nostro. Quod Bernh.  
Eq. aur. fuerit Hennin-  
gi filius constat ex lit.  
invest. vber Sellenin  
dat. Königsmarck Anno.  
1370. die Pantal. Quod  
Bernh. Eq. aur. & Jo-  
hannes fratres constat  
ex lit. invest. daris Ber-  
lin Anno 1369. prid.  
Dom. Invocavit.

(h) Constat ex lib. invest.  
Dpt. Magdeburg Anno  
1363. die Lucia.

(i) Anna von Wedert  
frenen von der Zahna vi-  
de geneal. Christoph. à  
Schulenburg.

Henrico:) celebrem vitales fudit in auras  
 Progeniem, fausto cui contigit omine nomen,  
 Pacis, honoris, opum: vis dici pressius ipsum?  
 10. FRIDRICUM, quem signat equus quoq; summus  
 Hic usus verò est paulum potioribus auris, (honore  
 Quando ex Hippolytha, cui stirps Jago via, gnatos  
 Quatuor egregios, & gnatas quinq; benignis  
 Indeptus superis letato lumine vidit, (Matthiam,  
 (k) 12. Busonem, 11. Fridericum, Bernhardum, atq;  
 Elsam, Annam, Helisabetham, Oden & Margarin.  
 Prima maritales Bulovi ingressa penates (Elsa  
 Ficonis; Sed Bothonis facta uxor Obergi,  
 Anna: Ode, Helisabeth, & Margaris ordine sacro  
 Dambeca electo vixere in calibe vitâ.  
 Et fratres inter sacri fuit ordinis unus,  
 Commendaturâ Verbensis munia nactus  
 11. Fridericus, nulla & latatus gente nepotum est.  
 Tres verò fratres se heredum triplice fundunt  
 Ordine, quos nostra concessit luce fruisce  
 Christus, & indulget Musis gratum inde laborem.  
 Hoc libro Busone satos producere Clio  
 Nostra laborabit deinceps, Heliconis in antro  
 Quot meminisse quidem poterit, quot luce disertâ  
 Archivi testes docuere, modernaq; novit  
 Ætas, & serie videt intubitante potitos  
 Ostia Bernhar do serâ cum gente nepotum

B

Laxabit

(k) Quot fratres fuerint  
 constat auß der Thei-  
 lung der Freyschulgen  
 dat. An. 1444. die Tho-  
 ma. Ex Invest. March.  
 Joan. vber d; Dorff Holtz  
 hausen dat. 1427. die  
 Barbara Item Frider. 2.  
 Elect. vber Sannen dat.  
 Zangermünde die Antö.  
 An. 1438. Ejusdem vber  
 die Mast in der Zanger  
 bet. 1449. Dom. Exaa-  
 di. Item Archi. Ep. Fri-  
 der invest. vber das  
 Schloß Angern datum  
 1428. post. Assant Mariz  
 Magdeburgi.

N. Fridrici Mem  
 nulli fit in lo  
 a legatis.

(1) Stirpem suam fundis  
& bonis auxit hinc: An-  
gern vid. præced. lit. K.  
Den Dorff von den Bor-  
newinkeln Anno 1473.  
die Sat. post Egidij.  
Dze/ und ein Theil des  
Dorffs Koldenbogelt er-  
kauft von Hemmingen  
von Bardeleben Anno.  
1478. Dom. Quasim.  
Dze/ erkauft von den  
Hordörffern Anno 1465.  
die. Sat. post Cecil.  
Lottow und Dölle von  
Burchard von Bardele-  
leben erkauft An. 1475.  
die Lun. post 3. Regum.  
Den Sattelhoff zu  
Nortgermersleben von  
den Steinförden constat  
ex lit. invest. Hermani  
Abbatis Bergensis dat.  
1473. d. Lun. post. Mat-  
thai. Holthausen ut sup.  
die bede zu Sannē ut su-  
pra 5. Hufen Landes zu  
Bardeleben ex concess.  
Guntheri Archi. dat.  
Magd. Au. 1438. d. Lun.  
post. Misericord. Domi-  
ni. Ihm und seinen Brü-  
dern haben Gert und  
Michel von Wüstrom  
versetzt 16. fl. Keimisch  
jährliche Hebung auß dem  
Zolle zu Berge an der  
Dumme Anno  
1449. die Matthie. hat  
erlangt 60. frey schweine  
in die Mast in die Langer  
zu treiben An. 1449. die  
Matthie. & supra Noch  
16. Hufe Landes zu Bar-

*Laxabit sextus, Christo tribuente, libellus:  
Septimus in lucem, Matthie germina ponet.  
An palmaris honos Bussonem, major an etas  
Codicibus semper præmittat, nostra Camena  
Ignorat: Sequitur documenta proinde papyri  
Publica, donec erit monstratus apertior ordo,  
Quem non abijcio, rimor magis undiq, veri  
Et posco documenta dari, cupioq, doceri.*

## Linea prima Capitalis quam vocant BUSSONIAM.

**B**USSONI, 12 (1) victura tuo gens postera, multis  
De te nominibus merito quid marmora cessas  
Ponere? pyramidas cur erexere, situsq,  
Regales olim? quare candentibus astris,  
Et Divum numero tam multos, alite famā  
Inservere viros? Certè prælustria tantum,  
Obbenefacta? Vir hic, hic vir prælustria tales  
Obbenefacta etiam ferri sibi poscit honores.  
Te multis etenim fundis feliciter auxit,  
Sedibus & multis, velut indice margine cernis,  
Quis hodie frueris Potioribus usibus aptis.  
Nec latuit virtus, niveo sed gloria curru  
Ad Phæbi posuit clarissima lumina, honore  
Clarans multiplici. Supremus Præsulis aula  
Atlas nempe fuit, quā surgit nobile templum.

Mauri-

Mauritio sacrum: meritæq; insignia laurus  
 Gessit Eques, certè non nudo nomine saltem.  
 Auxit connubij duplicis quoq; germine stirpem,  
 Quà sese Horstensis, quà Bezendorfia, quà se  
 Angaria ostendit latà stirps prole moderna.  
 Sponsus enim factus bis: (d) Elisa Obergia (Janus  
 Cui palmaris Eques Genitor, Putlistia mater  
 Gödela, sicut habes presenti in margine) flores  
 Libavit thalami primos: sed Elisa secundos  
 Alvenslebiacà sata stirpe, quadruplice felix  
 Utraq; progenie. (m) Conjux Obergica magnum,  
 Illum oculum patrie, nostris Capitaneum in oris,  
 Aurati tituli, certè felicibus astris (rimà in eadē,  
 13. FRIDRICHUM 13. (n) genuit: membrum & celesber-  
 Nobile, Virgineà qua condita visitur urbe,  
 14. 15. Henningum: 14. Albertumq; 15. sacri pars una  
 Senatus  
 Qui fuit Hemipoli: Cunigundam deniq; gnatam,  
 Quæ tandem thalamo conjux adducta jugalis  
 Alberti est, tribuit cui stirps VVustrovia nomen.  
 Alvenslebiacæ verò quæ stirpis, Elisam.  
 16. Agnoscunt matrem 16. Busso (cui longa statura  
 Imposuit Longi nomen, cui longior etas  
 17. Evenit Christo quoq; dante) 17. Georgius, atq;  
 18. Gebhardus, parvi sed vitæ floris uterq;  
 Quippe ferè primo vitæ sub stamine, filum

leben/ auch noch etnen  
 Hoff mit sieben Hufen  
 Landes dat. Magdeb.  
 1441. die Mart. in Pen-  
 tecost. Dicitur Confilii  
 arius Electoralis in lit.  
 Alberti super bona Eim-  
 bec. 1472. die Mart.  
 post Canrate dat. Ha-  
 velbergz.

(m) Quot fratres fue-  
 rint ex priore conjugio  
 constat ex testā. mater-  
 no confecto Anno. 1439  
 die Barthol Item ex lit.  
 Reverf. Senatus Lunab.  
 dat. 1442. die Michaelis.  
 Vide infra sub Busone  
 n. 16. und wegen der  
 Ehuden/ ubi fratres  
 Friderici Eq. aurati di-  
 cuntur Anno 1479. die  
 Margarethæ. Super  
 feud. zu Stoppenbeck  
 Anno. 1488. die con-  
 cept. Mariæ.

(d) Conk. ex donat.  
 materna vber 1800. fl.  
 Rejnisch dat. 1439. In  
 fer. Pet: & Pauli.

(n) Quod Eq. aur. fuerit constat auß überlassung des Osterwoldes Anno 1491. die Mariæ Magdal. Capitaneus vet. March. auß der Beschreibung über den Osterwold Anno 1495. Dom. Oculi. Item, ex concess. Henr. Duc. Lüneb. dat. 1493. Dom. post. Visitar. Mariæ. Ihm hat Elect. Johan. Ein Gefelle vñ 600. fl. Reichsch. verschrieben dat. Prenzlero Anno 1478. die Mart. post. Cantate. Hat von Gungeln von Berwinckeln den zehenden zu Meseberg erkaufft. Constat ex consensu Guntheri Comitis de Barbi. & Mülingen dat. 1480. Dom. Reminisc. Item vñ Kauffbrieff drüber so Gungeln vñ Hüner von Berwinckel von sich gegeben die Mart. post Reminisc. Anno 1480. Ihm vñ seinem Vater sind der Einbeckens Güter zum Anzefel von Alberto Elect. vorschrieben. dat. Havelberg An. 1472. die Mart. post Cantate. Hat vor den Schwarzköpfen zu Echinne etliche Güter erkaufft Anno 1510. d. Lun. post Oculi kaufft Hesse von H. Fridrich von der Schulenburg Compter zum Wildenbr. Anno 1506. Dom.

*Atropos insecuit, terrisq; immisit avaris :  
 Armgardis, quartâ vice, filia virgo Joannis  
 Bardenslebiada thalami est ingressa cubile,  
 (n) 13. FRIDRICUS primæ geniture Termes, aviti 13.  
 Nominis, & tituli, virtutis & aureus heres,  
 Lege maritali, letho variante, duarum  
 Uxorum, tribuente DEO, sex pignora vidit  
 Mascula, juxta octo muliebria, sidere laxo.  
 Ex Bartenslebiâ Cunigundâ Coniuge nempe,  
 Gnatabus septem, & Maribus tribus aucto habetur.  
 Godela, cum Gisela, Cunigunda, Armgardis, & An-  
 Virgineis votere choris in calibe vitâ (na.  
 Flores: Helisabeth Segebandi nobilis, ortus  
 Bergensis; Verum V Verneris, sanguine nati  
 Velthemio, thalamos ingressa est Margaris Uxor.  
 Gnatorum verò primus, qui nomen avitum  
 Obtinuit 19. Busso, consultæ præmia laurus 19.  
 Indeptus legitur, sacraq; Decanus in eade  
 Factus, Parthenopon quâ corniger alluit Albis.  
 Alter 20. GUNTHERUS, qui tantum herede petito 20  
 Famineo (nomen sacris cui contigit undis  
 Annæ, Velthemium quæ postea nacta maritum est  
 Henricum, Sobolem Ludovici) Coniuge Abelâ,  
 Cui fuit Estorsense genus: Sed tertius Heres  
 Nobilis 21. ALBERTUS nostræ Capitaneus oræ,  
 Qui de stirpe fuit dictus communiter Albus,*

*Claruit*

Claruit, & celebrem sobolem post fata reliquit,  
 Bergensis vero Fridrico stemmatis Uxor  
 Anna dedit Patri Gnatos tres filiam & unam:  
 22. Fridricū, Senior qui nempe vocatus ab annis: 22  
 Inde Cathedralis qui pars erat edis, in urbe,  
 Quam vocat Hemipolin vicinia, clarius urbem  
 Dimidiam Germanis nostra, 23. Antonium (: Et il-  
 Sic insanivit celebs solemnia! :) tandem (le 23.  
 24. Casparum, medio qui forte recisus in ævo 24  
 Aruit: Hermanni Cozensi sanguine creti  
 Jure maritali legitur Cunigunda potita.  
 21. Sed refer 21. ALBERTUM nobis in carmine Mu-  
 Stirpis olorina, Patrijs Capitaneus arvis (sa  
 Qui nituit, Paulum Fratrem fac stare minorem,  
 Nequa chaos pariat nobis prolixior ordo.  
 Quatuor hunc conjux Agathe Bülovia Gnatis,  
 Gnatabus vero septem prægnantibus astris,  
 Felicem fecit, Jhovâ faciente, Parentem.  
 Quos inter primus sacros indeptus honores  
 25. Christophoro, Præsul primo Raceburgico ævo, 25  
 At purâ degens verbi sub luce, jugali  
 Legemavit, sic disponente Supremo,  
 Uxores binas, quarum prior Anna, paternum  
 Ex Estorfensi que traxit sanguine nomen:  
 Altera Francisci CnesebecI filia, Elisa-  
 Illa prior verò tantum fecunda Marito

Invoc. Item etliche  
 Pechte und Dienste zu  
 Trebbun von Jurgen vō  
 Bulow Ern Sicken Gō-  
 ne Anno. 1493. d. Lun.  
 post Michael. Item ei-  
 nen Hoff zu kleine Wieb-  
 lich von Hansen von dem  
 Knesebec Anno. 1500.  
 die Dionyl. Item die  
 Dorffstäde Pleffow/ und  
 die Mülle zur Steimke  
 Constat ex cōcess. Duc.  
 Lunaburg. Henr. dat.  
 1493. Dom. post visit.  
 Mariz Item auß dem  
 Kauffbrieff Hennings  
 von Boden dinc dat.  
 1458. Die Sim. & Judæ  
 Bringt kauffweise an  
 sich Ganswegen von Lu-  
 dolffen von Bismarck  
 Anno 1481. die Mart.  
 post Lxtare. Reuffe  
 den zehenden zu Nort-  
 germersleben von den  
 Beerwincke n An. 1486.  
 die Martini.

Progeniem liquit post funera, nempe celebrem,  
26. ALBERTUM certè Musis, & Apolline dignum,  
Quem patrem jactat proles generosa, moderna

HORSTIA cui sedes Horstensis nomina pubis  
Imposuit vulgo. Primo mortalia flore

Soluerunt sexus tria pignora cara virilis

27.28.28 Christophorus 27. Jacob 28. Burchardus 28  
Sed muliebris

Sexus bina (refert ut nostra Fama Camena)

Margaris: Elisabeth: Soboles octona, virilis (alter  
Septena 29. 30. Henricus 29. Fridricus 30. (Scilicet  
31.32.33. Leucoreis) Albertus, 31. Achates, 32. atq;  
33. Georgus, (longa

34. Cum tenero 34. Alberto-Joachimulo, arundine  
Quem delectat equus, parviq; crepundia lusus

Omnipotentis Heri tutante favore supersunt

Feminei sexus bina: Agnes, Helice- & Anna,

Maternâ regnata fide, morata propages,

(Helica cui genitrix Salderonata parente,  
Henrico) patrij figens vestigia gressus.

Sed faveo lingvæ. Quis laudes sanus habere

Optat in os? albis fortasse Camena veredis

Latè sera vebet (dudum me funere merfo)

Sudorem vatum. Negat alta silentia virtus.

35. Fridricus, 35. genitore suo dignissimus Heres

Gvelfis Principibus charus, Capitaneus arcis

Finburgæ (Drostam Vulgus Germanide lingua

Appellat) Christo ditante uberrimus auri, Mu-

Munificæ notus pietatis cum sua ELISA  
 SALTERIA consorte tori, super æthera clarus.  
 Helnia constructis pulcherrima molibus arvo  
 Saxonico, lambit quam lucidus amne Visurgis,  
 Auspice Fridrico feudum concessit ad albi  
 Stemmatibus heredes, Horstensem nempe juventam.  
 Porrò multum auri vicenis dixit Alumnis  
 Aonia laurus idem. Stipendia novit  
 Leucoris alma satis. Non ergò judico verbis  
 Hic opus esse. Deo qui sic locat æra, perenne    ,,  
 Et decus, Et fidei solidum venatur honorem!    ,,  
 Quem, nummum in Vani vertis solemnia luxus    ,,  
 Sapius, in Christum debebas, inq; Camenas    ,,  
 Vertere: Sic Christo laxares ostia ritè:    ,,  
 Sic auget opes idem; sed fabula surdo    ,,  
 Narrata est. Mundus, ceu gaudet amica luto sus,    ,,  
 Obtinet antiquum, quicquid sacra buccina clamet.    ,,  
 Sed redeo, ut recto decurram stamine pensa.  
 Tertius Alberti gnatus Capitaneus olim  
 VVarpcensis multa virtute 36. Georgius acer,    36  
 Quem consors thalami, Velthem I Sangvinis, Anna  
 (Heu fato in viso!) nullis heredibus auxit,  
 Decessit Fatis, transmissò germine nullo  
 Progeniem 37. quartam, de patris nomine dictam,  
 Sivershausæ hausit crudeli funere, quando  
 Inse Mars acuit belli duo fulmina, fortem

Saxo-

Saxona Mauritium (quem etiã tunc merfit acerbè)  
 Albertumq; Ducem Casimiri nempe propagem.  
 Filiolæ verò Cunigunda, Emerentia, juxtim  
 Angela ceſſerunt, vitæ ſub limine, fatis.

Virgineo Catharina choro devota dicata eſt  
 Dambecl. Quo fortè aliæ venère ſorores  
 Margaris, Heilv vigis, juxtà Annaq; noſtra Came-  
 Ignorat, nec enim valet omnia ſcire diſertè. (na  
 Tanto ſe ſpacio, clàmanti Numinis aurâ,  
 Stirps hæc diffudit plures amplexa racemos!

22. Fridricus verò Fridrici filius ille,  
 Qui dictus ſenior, geminis conſortibus uſus  
 Conjugij eſt, (letbo verò mutante) priore,  
 Dorotheâ, quæ Molzanio V Vedigone parente  
 Fauſta ſalutavit vitalis limina pertæ:  
 Poſteriore, dedit cui vitæ nobile ſtemma.

Ortum Aſſenburgum (dixere Emerentiam in undis  
 Baptismi ſacris) Henrico nempe parente,  
 Legitimis octo fuit hinc (tribuente ſupremo  
 Preſide Nature) ſexus utriusq; beatus:

Quinq; quidem Maribo quorum ſunt nomina dicta,  
 38. Fridricus, 39. Caſpar, 41. V Vedigo, 40. Buſſo,  
 (46. Joachimus:

38.39.41.40.49

Gnatabus verò tribus: Annâ, cum Theodorâ;  
 Ultima ſed fatis ſine nomine ceſſit ab orbe

38.39.40.

38 Fridricus, 39 Caſpar, 40 Buſſo, Soror & Theo-  
 (dora

Abs

Abs herede solo cesserunt, omine verò  
 Diverso: Caspar violento Marte peremptus  
 In bello perijt; solemni more sequentes. *parcha.*  
 Legitimo thalamo 41. V Vedigoni (quando To-  
 Jerchoviensis erat, rapidi Vada cerula propter  
 Albis, Marchiaco quã sit contermina ruri  
 Magdeburgensis regio sacra) quattuor aurã  
 Christi propitiã, produxit Margaritæ Uxor  
 (E Badendorfo, quæ traxit nomine vitam,  
 Et verè baculus Christo, Christiq; ministris  
 Pauperibusq; fuit, dum vixit, quando benignis  
 Muneribus quasi certavit superare celebrem  
 Vicinam, BARTAM-SOPHIAM, Sed utramq; decore  
 Fama vehit curru, pulchrum & super æthera sistit)  
 Gnatos, at gnatas septem, velut ordine pandam:  
 42. Fridricum, medio perijt qui flore Lubecæ:  
 Insignisq; animi, juxta lepidiq; 43. Georgum,  
 44. Levinumq; genI juvenes, qui lumine primo  
 Leucorei studij vitam posuere sepulchris  
 Et V Vedigonem-V Vigandũ, 45. qui conjuge gaudet  
 Stemmatis Halleni, (quæ patrem hoc tempore luget  
 Henricum, Lachesis cui vitæ stamina rupit)  
 Margaritæ in sacro dixerunt fonte, tenellam  
 Quæ rursus parilis sexûs & nominis, astro  
 Progeniem felice dedit subluminis auras;  
 Filiolæ satis cesserunt Anna, Sophia,  
 Dorothea, & Cunigunda; Sed Anna-Maria.

41.

42.

43.

44.

45.

C

Nupta.

*Nupta sui generis celebri virtute Marito,  
Cui baptisma sacris tribuit tria nomina. Lymphis  
Æmula Marchiadū; verum quoq; funere mersa est.  
Bertha, & Abela due, Fatoparcente, sorores  
Ex alijs reliqua, thalami consortibus equi  
Sanguinis utuntur, felici Numinis aurā:  
Bertha Joachimo-Fridrico; Abela Joanne  
Fratribus, acceptis Magnatum illustribus aulis.*

46.

*Alter sed fratrum 46. Joachimus pignora liquit  
Post se multa quidem; defecit mascula verò*

47. 49. 50.

*Pubes, 47. Fridricus, 49. Johannes, atq; 50. Georgo*

48.

*Cum 48. Joachimo-V Vernerō, infelicibus astris*

*Feminei superant tria sexūs corpora lecta:*

*Margaris ordinibus sacris addicta virago est,*

*Quase Virginei Dambeci gloria jaēt at:*

*Altera Caspāri Clizingi est facta marita,*

*Anna, volente Deo: Theodora sed ultima gnata*

*Virgineos Custodit adhuc castissima flores.*

16.

*(o) Busso 16. reverte gradus, bifido quem limite  
Pavillum stare, prior donec decurreret ordo, (Clio*

*Jasserat, à longā quem dixit Fama staturā,*

*Busso redi, recto nunc ducet calle nepotes*

*Musa tuos. Conjux Catharina Estedia (felix*

*Gloria nempe SenI, felixq; propage nepotum,*

*In quartum usq; gratum) ter trinā prole beavit*

*Connubiale decus, gnatis tribus (unde nepotes*

*Diffundunt hodie trifido sese amplius orbe)*

(o) Constat auß einem  
Schatloßbriefe über 200  
fl. gegeben H. Frize Rit-  
tern Anno. 1468. die  
Mart post Miserie. Dom.  
Item in dem Ungefelle  
über Schinna dat. Oster-  
burg die Sim. & Judz An-  
no 1489. Item über die  
Lehngüter v. Chuden An-  
no 1479. die Margareth.  
Super ead feud. zu  
Stappenbeck dat. Anno  
1488. die concept. Mariæ

Ni-

Nimirum 51 Bussone, 52 Joanne, 53 Christophoroq;  
 Et sex gnatabus, Catharina scilicet, Anna,  
 Helisabe, Giselâ geminâq; Armgarde (priore  
 Limine sub primo vitæ mortalibus auris  
 Decedente) tribus verò Dambecia, custos,  
 Virginei decoris, sacro dedit ordine claustrum,  
 Scilicet Helisabe, Giseleq;, Annaq; petitem.  
 At reliquæ thalami, propoto, jure potitæ  
 Nobilium: Catharina quidem Quizovia vota  
 Selegit thalami, votisq; potita, marito  
 Ecchardo, posuit cui Fogdesbagia sedem:  
 Armgardis verò, Christo variante, jugales  
 Mutavit tædas: Henningus, Crachtia cui stirps,  
 Virgineos sponsus libavit primus honores;  
 At functus fati, usum concessit honesti  
 Conjugij, cui stirps fuit Alvenslebica, nempe  
 Bussi, quem tunc ævi dixere Superbum.  
 51. Bussi quinos Marvicia protulit Anna  
 Fetus, fœminei tres sexus nempe Virilis (gus  
 Sed binos tantum. Qui sunt hi: 55. Busso 54. Geor-  
 Armgardis, catharis, violentâ & peste peremta  
 Agnes Hamnopoly, Vitreâ quam carulus unda  
 Albis perfundit. Tædas experta jugales  
 Anton I catharis, cui stirps fuit Hollia, fertur:  
 Armgardis verò palmari nupta marito,  
 Militiæ studijs, fama reverente, celebri

51. 52. 53.

51.

55. 54.

Guilelmo, qui V Valderdom I Sanguinis heres.

54.

Altera Bussonis soboles generosa, 54. Georgus  
In bello, quando Mulburge Caesaris armis  
Debellabatur Saxo, augustissimus Heros  
Jan-Fridricus, obit florentis tempore vitæ.

55.

55. Bussoni Catharina tulit Quizovia gnatum  
Bussonem, in visis heu fatis! namq; sub undis  
Immersus perijt, quæ dives fonte Salino  
Hallis ad undantis Salæ vada cerulâ surgit.  
Quis tales casus non collacrumando recenset?  
Ab tremit exiguo filo quàm pendula vita!  
Quàm varium Mors novit iter, per singula rum-  
pens

52.

Vitam Elementa! Homines elementis fidere nullis  
Debetis, nisi Christus adest, caliq; phalanges,  
Et nisi fata vocant, nisi functio justa requirit.

52. Janus Bussonis Longi producta propago  
(Anna fuit cujus thalami Finekenia consortis)  
Exauctus legitur connubi fruge novenâ,  
Binâ fœmineâ, septenâ & nempe virili.

Bredovij thalami Ingelburgis facta Jacobi  
Et vitæ Socia est: Reimerum, sanguinis ortu,  
Alvenslebiaden, Catharina est nacta jugalem.

70. 65. 57. 75.

Quattuor è gnatis sunt iusto herede potiti,  
Nempe hi: 70. Fridricus, 65. Casparus, 57. Busso, Jo-  
Cesserunt autem Fato vitalibus auris, (hannes

Scilicet

Scilicet in vitæ primævo flore 58. Georgus,	58.
59. Christophorusq; sed in studiorum calle beato	59.
60. Guntherus, niveis cui nomen Mons facit Urbi,	60.
Aoniæq; novum fecere Heliconæ sorores.	
57. Busso quidem primis Mavortia castra secuto	57.
Temporibus, variasq; vices expertus ad urbem est	
Parthenopes quondam, cum fortè Georgius acer	
Dux ille (in lingvâ qui à magnis dictus Achivâ	
Arcibus) ad bellum, virtute movente, rediret,	
Hesterni damni memor, acrior ausibus. Hostis	
Hæsit ibi manibus, prædicto cum duce, captus.	
Postea Clementis Bulo I prole potitus	
Conjugij sociâ lecti tria pignora vidit, (nam.	
61. Janum, 63. Franciscum, gnatamq; videlicet An-	61. 63.
Anna ingressa domum est Bismarci Pantaleontis.	
Ad Patris exemplum 61. Johannes, pullus Enyus	61.
Acer, militiæ factus virtute tribunus	
Olim, nunc verò compositâ pace quietus	
Incolit Angariam, thalami & consorte Mariâ,	
Stirps generosa cui Dithfurdia, pignora lecti	
Aucta videt tria, dante Deo, Solamina vita.	
62. BUSSONEM, geminas & gnatas (Scilicet aures	62.
Fama meas calidis ita nunc rumoribus implet.)	
63. Franciscus verò minor annis (funere mersus	
Annos ante decem) Kerbergo sagvine natâ	
Conjuge, 64. Franciscum liquit post busta bonorum	64.

Heredem quem prima genas lanugo decorat.

65.

65. Casparus felix generosi stemmatis auctor  
Fundorum (Bollebia, Volckesstedia, & Helbra  
Sedes, agnoscunt autorem in stemmate primum  
Schulnburgo) Martem fuit ipso in flore secutus;  
Postea tranquillam studuit componere vitam,  
Bredoviq; thori consorte potitus habetur,  
Feminei sexus aliquot, sed bina virilis

66.

Pignora relinquit thalami post busta, 66. Georgum-  
Christophorum (Sedes cuius Bollebia) nempe,

67.

Alterum Alexandrum. consortibus ille duabus  
Ufus connubij est: prior Alvenslebica conjux,

68.

Dicta Maria, tulit charo tria lumina patri,  
Heu brevis ast ævi! 68. Joachimulus, atq; Sorores  
Bine vix hujus viderunt luminis auras:

69.

Posterior conjux Anton Ignata, Sophia  
Schulnburgis, gemina donavit prole maritum,  
Nempe 69. Antoniolo, qui primo limite vite  
Intra anni spacium post baptismalia, fato  
Decessit: Superat teneris Virguncula cunis  
Nuper baptismi suscepta e flumine sacro. (Helbra

97.

Sed thorum 67 Alexandri, cui Volckenstedia, &  
Sedes constituunt) conjux ingressa, parentes  
Minningerode quæ jaçtat gentis, honora  
Progenie multa ditaverat antè; sed ex his  
Tres tantum gnati Superant, post funera Matris

65. Cas-

65. Caspari vero Gnatæ quas gloria clarat  
 Vivax connubij (cesserunt fortè sepulchris  
 Gnatæ alia) fama referente camenis,  
 He sunt: Una tori est Sparrensis facta jugalis:  
 Fridrici Heimbruchij thalamo Catharina potita  
 Quem sacra parthenopos ades, de nomine Divi (est  
 Nicoleos nomen servans, agnoscit honorum  
 Collegam certè Musarum Daphnide dignum.

65.

70. Fridricus Jani soboles (cui limina prima  
 Uzia prebuit arx, fermè antea in hospita tes qua)  
 Othilia consorte tori (cui stemma paternum  
 Bismarcum fertur) letatus prole quaterna:

70.

Jan-Henricus, 71. Hero supremo dante, jugali  
 Juræ fruens bodie, Jagoa stirpe Marie  
 Progende, cernit letissima mascula lecti

71.

Pignora bina (Diu faxis Here summe sit illud  
 Letitia stamen! Nam te sine, gaudia vana,  
 Perdurant q̄ brevi, quamvis florentia visa!

Dictū Fridricum-Matthiam 72. accepimus unum,  
 Casparum-Ernestum 73. Baptismi fonte secundum.

72.

43.

74. Caspar-Fridricus verò, qui nobilis ade,  
 (Quam sibi Nicoleos divum largissimus, urbe  
 Structam virgineà, dictam de nomine jaciat)  
 Sacra, munia obit, fama celebrante, Decani,  
 VVustrovià fruitur thalami consorte jugalis,  
 Que Catharina sacris ex undis dicta, propages

74.

Anto-

Anton I, sed adhuc nullis heredibus auctus.

75.

75. Ultima sed Jani proles contermina patri  
Nomine, Trottenida gnata sibi junxit Adami,  
Et post busta duos celebres virtute reliquit

76. 77.

Gnatos Bussonem 76. nimirum cum 77. Friderico,

Quorum Mavorti se dedidit iste; Sed ille

Arti. Sic patrias dividit Martis & artis,

Exuvias soboles! lecti sex pignora porro

Feminei liquit sexus: duo virgine dignos

Tutantur mores, nempe Ingelburga, Sororq;

Margaris; at reliqui connubi jure potita:

Una est Christophori Quizovi facta marita:

Altera Gothardi, Brobergo stemmate nati,

Quem ditio agnovit Praefectum Hadelaria: porro

Carlwitij thalamos ingressa est tertia Justi,

Cujus consilij Princeps Lebusia in arce

Utitur, atq; aula, quando secreta rogantur

Consilia in Camera. Coderiz I sanguinis autem

Jano (Marchiade cujus Pater ille Joannes

Consilij gratulus nostrati est) quarta, Maria

Nupsit, ut audivit, fama cantante, camena.

Tertia Bussonis (qui longus nomine dictus)

Proles, 53. Christophorus (cujus Ranzovia conjux

Clara fuit) quinâ letatus in orbe propage est:

53.

78. 79.

78. Bussone, 79. Antonio gnatis; verumâ Gtharinâ,

Margeride, & Theodorâ gnatabus, duce Christo.

In

In prima cecidit, ceu flos, Theodora juvena:  
 Ingressa est thalamum Theodori, Roria cui stirps,  
 Quam Baptisma sacris dixit Catharinan in undis:  
 Margaritae sponsum, Cnesbecâ gente, Georgum  
 Prognatum, nacta est, sic disponente Supremo.

78. Bussonem consors Putlistia, filia Magni  
 Margaritae in vita nullis heredibus auxit.

78.

79. Anton I verò, thalami felicibus auris,  
 Stirps diffusa quidem, sed non pare termitis astro.  
 Quinq; etenim Gnatos, Gnatas bis quatuor ortas  
 Vidit; Sed multos (sic sortis Praeside dante)  
 Defungi vidit, multos Mors postea stravit.

79.

Nempe hos: 80. Christophorum-Ernestum, Janum-  
 Joachimum 81.

80, 81.

Ex gnatis; verum Gnatarum ex sorte Mariam,  
 Luciamq; dies tulit immaturus in ævi  
 Limine: Sed 82. Petrum-Jacobum Martius hausit  
 Ensis, ad insignem, quæ Prusia dicitur, urbem,  
 Praesius Argenti cui nomen flore latino  
 Ausones imponunt, Strasburgam Teutones ajunt.

82.

Ingenij & genij lepidi 83. Janum-Gode schal-  
 lum,

83.

Qui fuit Aonijs doctè versatus in hortis,  
 Ingentisq; spei generis columenq; futurum,  
 Mors inopina brevi tormenti pulvere fudit.

D

Non

Non hic ingeminem lacrimas? Elementa furori ,,  
 In servire ferè Necis omnia! dignus amore, ,,  
 Si sine odio, nescis homo! quo te tramite Christus ,,  
 Ex vitâ abducat nescis! quin singulâ in horâ, ,,  
 Quin omniq; loco mortis memor esto, Deoq; ,,  
 In vera pietate tuo tua singula dede. ,,

Lofovij Catharis Joachimi facta jugalis:

Margaris-Elisabeth Danieli junctâ marita est  
 Borstelio, illustris quem clarat honoribus aula  
 Nostra Ephori, Svedus quâ carulus alluit Ardon,

At functa fati, alijs liquere maritos.  
 Schulenburgiade Schuleburga Sophia Georgi-  
 Christophori thalami est letos ingressa penates,  
 Ut modo deduxit, Musa præeunte, papyrus.

84

84. VVernereò Patria virtutis & indolis he-  
 Haetenus, Heroum majorum more, secute (res  
 Martortis lituos, tandem composita quietâ

85.

Sede, 85. Antoniolo nobis cum prole Superstes  
 (Conjuge quem Libichâ Velthemo sanguine cretâ  
 Propitium nuper Numen donavit habere)  
 Dege diu, tribuente Deo, felicior illis;  
 Invida nec rapiat prærupto stamine vitæ  
 Ocypete, Pietas sedem quò figat honoram.

Castalis ad socias doctum te confer in an-  
trum,

Ocyus & niveos cum curru profer Olores,

Candi-

Candidula quò stirpis bonos veētetur in axe  
 Ulteriùs. Moles vix est decursa laborum  
 Tertia: terebus serves integra futuris,  
 Ne vires abeant exhausta protinus omnes  
 Sub primo auspicio, Lux postera poscet easdem.

F I N I S.

Libr. 5.

 Hristophorus, Jacob, Burchardus; Sed  
 muliebris  
 Sexus bina (refert ut nostra fama Ca-  
 mena,)

Margaris, Elisabeth: Soboles octona, virilis  
 Septena, Henricus, Fridricus (Scilicet alter.  
 Deditus est aula, studijs est deditus alter  
 Leucoreis) Albertus, Achates, atq; Georgus,  
 Cum tenero Alberto - Joachimulo, arundine  
 longa  
 Quem delectat Equus, parviq; crepundia lusus  
 Omnipotentis Heri tut ante favore super sunt.

D2

Er-

Errata in Tomo Secundo.  
In titulo lege BEZENDORFIANI  
Lib. 3.

Pag. 3. v. ADOLPHE v. 7. Mors.

P. 5. v. 6. num.

P. 6. v. 7. Superba. v. 10. HENRICUS v. 19. laxata. v. 26. omissus  
est versus integer. ita m. ponatur

dictu mirabile, conjux

Ipsē quod Henricus concessit ita omnia, & ipse Filius &c.

P. 9. v. 3. nerbes v. 6. attestare.

Lib. 4.

P. 12. post. v. 2. Si nunc. Se nobis ostendant mollia porrò Flamina &c.  
v. 7. ast ò v. 9. Calliopéa v. 17. relinquunt

P. 13. v. 22. Rorezia.

Pag. 14. v. 6. sortitos v. 8. Hymenēos.

P. 15. v. 5. Acerfēcomes v. 14. funera. v. 24. tractu

P. 17. v. 4. plurimus v. 20. Vita

P. 18. v. 3. VVildenbruccia.

P. 20. v. 1. quantillo

P. 21. v. 3. Cessabit.








50,









AB: 155 199

ULB Halle 3  
004 841 417



TA → 0L

09.2001 Bd.





Inches

Centimetres

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

BURGIDOS  
LEM ALBÆ PRO-  
BUSSONIA *dici-*  
*brimam*

UCTIO,  
diplomatum, Ex  
ristophori à Schulen-  
a, & ex constante viven-  
e Sumta, & com-  
hensa

TERTIO  
*Et sumtu*  
s I Crofnâ Silesi  
Bezendorfiani.

EBURGI,  
REÆ BEZELII,  
t MIHI VICTORIA.

27